Quelle: https://manuscripta.at/?ID=911
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



uimento deprecabatur eum. et ad pedes sci posuit pellem.
Ille uero dicebat ei. Dixi tibi quia non capio illam nisi mihi amodo
promiseris. ut nunquam contristes pauperes. deuorando
quadrupedia eorum. Illa uero tanquam consentiens nutu
capitis sui. quasi promittebat. Tunc suscepit
pellem aleena. Et quod mirabile fratres. si dominus creator
omnium qui leones danieli prophete mansuetos fecit.
ipse et iam et leenam fecit esse mansuetam. Dicebat
autem quia ex quo babtihatus est non est locutus otiosum sermo
nem. Sexagesimum habebat annum. ex quo erat babtihatus.
Erat autem statura breui. super labium tandum habe
bat pilos. et in summitate mentis. Ex nimia enim absti
nentia pili barbe eius rari nati sunt. Huic aliquan
do confessus sum. Quid faciam abba quia cogitationes ac
cidie tribulant me dicentes mihi. quia nichil hic agis.
egredere de hac solitudine. Ipse autem dixit mihi. Dic
eis. quia propter xpm sedeo et parietes istos custodio.
Hec pauca ex multis eius gestis. et mirificis indicaui tibi.

De quodam latrone cursu.

Quidam moises nomine ethiops
genere seruus fuit cuiusdam curialis. quem
propter multam peruersitatem et furta. et latro
cinia proiecit dominus suus. Dicebatur quia usque ad homici
dia peruenisset. Conpellor enim dicere mala eius. ut
ostendam uirtutem penitentie eius. Dicebant ergo quia
dux latronum erat. sicut ex ipsis operibus ostenditur